

P R Æ F A T I O

bus arma, ac si res poscat exercitus, plurimorum virorum, eqvorumq̄ & quiescentibus eadem fama. Ptolomæus autem lib. 2. cap. 11. Chaucorum gentis divisionem addit, Partem dicens, quæ secus Oceanum est, habitant supra Bufactores Frisii usq̄; ad Amasum fluvium. Post hos Chauci, qui appellantur parvi, usq̄ve ad fluvium Visurgim. Deinde Chauci majores dicti usq̄; ad Albim fluvium. Idem facit Plinius, Ubi ait libro 11. cap. 11. Sunt verò in septentrione visæ nobis Chaucorum, qui Majores, Minoresq̄; appellantur.

Cæterùm Chaucorum paulatim exolevit, inclaruitq̄; Saxoniarum nomen. priscis ignotum: Saxones partim sunt Ostvali, sive Orientales, qui hodiè soli Saxonum nomen retinent, inter Visurgim, à primo ferè ortu, & Albim usq̄ve ad amborum fluminum ostia, Inde eti-

am